



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 1. Hæresis Nestorii

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

S. LEO CORAM ATILA.



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER XXV.



S. COELESTINUS, PAPA.  
THEODOSIUS II. ET VALENTINIANUS III.  
IMPERATORES.

§. I.

*Hæresis Nestorii.*

**N**estorium, Antiochia venientem, Sæculum V.  
Anastasius Presbyter, Syncellus ejus, & Arcanorum omnium  
conscijs, secutus fuerat. Is, quadam die  
in Ecclesia Constantinopolitana pro Con-  
*Hist. Eccles. Tom. VI.* **A** *Sup. l. XX. §. 54. Libe- rat. c. 4. So- cione rat. c. 32.*

Sæculum V. cione dicens, in hæc verba ausus est lo-  
 A.C. 429. qui: *nemo Mariam Matrem Dei appellet!*

*mulier fuit, nec possibile est, ut Deus ex  
 Evagr. 1. Creatura humana nascatur.* Hæc ita pro-  
 c. 2.

lata multis non ex Clericis modo, sed et-  
 iam ex populo scandalo fuere; quippe  
 ab unguiculis certissimum habuerant, ut  
 loquitur Socrates, Historiæ Scriptor, JE-  
 sum Christum Deum esse, nec eum a Di-  
 vinitate separatum. Quod Anastasius

*Ap. Mar. Presbyter edixerat, Nestorius defendit,  
 Mercat. pluresque ejusdem sermones hac super  
 materia habemus.*

Sermonem primum in Die Nativita-  
 Edit. Garn. tis Domini Nostri, 25. Dec. anno 428.  
 p. 55. Cass. 7. Felice, & Tauro Consulibus, pronuntiasse  
 incarn. c. 6. creditur; hoc enim anno, Pontificatus  
 Prosp. Chro. sui primo, Hæresin suam prodere cœpit.  
 Ann. 428. Hujus sermonis initium ducit a Provi-  
 Liberat. c. 2. dentia Dei, inde ad Generis Humani re-  
 parationem transit, & adductis illis S.

*Pauli verbis: quoniam quidem per homi-  
 I. Cor. 15. 21. nem mors, & per hominem Resurrectio  
 mortuorum, subjungit: illi S. Paulum  
 audiant, qui quærent, an Maria Mater  
 Dei; vel Mater hominis, THEOTOCOS, vel  
 ANTHROPOTOCOS, dicenda sit. Num Deus  
 Matrem habet? ergo Gentilibus excusatio  
 est, dicentibus, Deos suos Matribus geni-  
 tos? ergo Paulus mentitur, dum de Divi-  
 nitate Jesu Christi dicit: Sine Patre,  
 Hebr. 7. 3. sine Matre, sine Genealogia? neutiquam!*

*sed*

*sed Maria Deum non peperit. Nam quod* <sup>Sæculum V.</sup>  
*natum est ex carne, caro est. Creatura non* <sup>A. C. 429.</sup>  
*peperit Creatorem, sed hominem, Divini-* <sup>Joan. 3. 6.</sup>  
*tatis instrumentum. Spiritus Sanctus non*  
*creavit Deum Verbum, secundum id, quod*  
*scriptum est; quod in ea formatum est, de*  
*Spiritu Sancto est. Deus incarnatus est,* <sup>Matth. I. 20.</sup>  
*sed non mortuus; illum a mortuis suscita-*  
*vit, in quo incarnatus est. Et deinde:*  
*adoro vestem propter eum, qui eam gestat,*  
*adoro illum, qui foris apparet, propter*  
*Deum occultum, qui ab eo inseparabilis*  
*est.*

In alio sermone Episcopus, Prædecesso- <sup>Serm. 2. edit.</sup>  
 res suos, reprehendit in hunc modum: <sup>Garn. p. 8.</sup>  
*video populum magna pietate, & zelo ar-*  
*dere, sed modica est in rebus Divinis scien-*  
*tia. Culpa in populo non est, sed quomo-*  
*do, quid res sit, dicam? nimirum illis, qui*  
*populum docuerunt, non vacavit, ut id ex-*  
*acte facerent. Deinde errores suos cir-*  
*ca Personam Filii Dei exposuit, dicens,*  
*eidem Scripturam nunquam Dei Nomen*  
*tribuere, quando de ejus Nativitate in*  
*tempore, aut morte sermo est, sed tunc*  
*tantum Christum, Filium, aut Dominum*  
*appellari. Tunc temporis factum credi-*  
*tur, quod Eusebius, in urbe Constantino-*  
*politana Causidicus, simplex Laicus, vé-*  
*rum virtutis amantissimus, & in materia* <sup>Cyr. Lib. I.</sup>  
*Religionis doctissimus, publice in Ecclesia* <sup>cont. Nest.</sup>  
*in Nestorium insurrexerit, & zelo ardens,* <sup>p. 20.</sup>

Sæculum V. elatissima voce, exclamaverit: *Verbum*  
 A.C. 429. *æternum ipsum secundam Nativitatem se-*  
*cundum Carnem, & ex muliere subiit.*  
 Commotus est populus; plerique, & pru-  
 dentiores Eusebium laudabant, & con-  
 sentiebant, irascebantur alii; pro his Ne-  
 storius certavit, & in Eusebium invec-  
 tus est, dum tertium pronuntiavit sermonem,  
 postquam modicum tempus effluxisset,  
 initio Januarii anno 429. forte in Festo  
 Epiphaniæ. In hac concione, quasi Aria-  
 nos, & Macedonianos oppugnaturus, re-  
 vera Doctrinam Catholicam aggreditur,  
 constanter affirmans, non esse dicendum,  
 Verbum Divinum ex Maria natum, aut  
 esse mortuum, sed tantum hominem, qui  
 erat Verbum.

## §. II.

*Catholici refragantur.*

I Part. Conc. Ephes. c. 13. Tunc igitur Eusebius Jurisconsultus, po-  
 steriorem tempore Episcopus Dorileen-  
 sis, edito scripto refragatus est in hunc  
 modum: *Per S. Trinitatem obtestor il-*  
*lum, ad cujus manus hæc scheda devenerit,*  
*ut eandem Episcopis, Presbyteris, Diaconis,*  
*Lectoribus, Laicis, qui Constantinopoli*  
*habitant, notam faciat, eisque descripta*  
*exempla distribuatur ad convincendum Hæ-*  
*reticum Nestorium, qui eadem sentit cum*  
*Paulo Samosateno, ante annos 166. ab Epis-*  
*copis Catholicis anathemate percusso. Tum*  
 utrius-